

7. 91

ECHO  
ANAGRAMMATICA

Elbingæ reciprocata:

Cùm

NOMINE AUGUSTISSIMO

MICHAELIS THOMÆ  
KORYBUTI

DVCIS WISNIOWECII  
In Tabernaculo Electorali War-  
saviensi auspiciatissimâ Voce  
pronunciato;

IDEM

SERENISSIMUS AC POTENTISSIMUS  
PRINCEPS

REX POLONIÆ

Eligeretur.



ELBINGÆ

Typis Hæredum CORELLII, Anno M. DC. LXIX.

AD  
SERENISSIMUM & POTENTISSIMUM  
PRINCIPEM

MICHAELEM  
THOMAM,  
Poloniarum REGEM:

**A**ngelicum spondes Nobis, REX INCLUTE, Vultum:  
Ceu geris Angelicò Nomine dulce Decus.  
Quin & Apostolicam promittis Pectore Mentem:  
Sicut Apostolicò Nomine Clarus ovas.

EXXXIII. 89. do. nudi

I.

MICHAEL THOMAS CORYBUTUS

DUX VISNIOVECIUS.

Anagramma.

*Sidus Vivax, à Cælis ortum, Nobis huc emicuit.*

ELVCIDATIO.



Armaticum caligo tenax involverat Orbem;

Furvaq; Regalem sepserat Umbra Thronum.

Prussia flebilibus stabat demersa tenebris,

Optans Exortum SOLIS ab Axe novum.

Annuat innubis votis poscentibus Æther:

Diffugiunt piceò nubila densa Polo.

*Emicuit Vivax, à Cælis desuper Ortum,*

*SIDUS*, & huc Nobis irradiando micat.

Ætheriò rutilat DUX WISNIOVECIUS Astrò,

Et Solii nitidâ luce serenat ebur.

REGIA FAX pariter nostræ sub moenibus Urbis

Propitiò lætum ventilat igne Jubar.

Vita fugit SOLEM: Vitæ REX munere gaudet:

SIC POTIUS PHOEBÒ SARMATA SIDUS HABET.

II  
MICHAEL THOMAS CORIBVTH  
DUX WISNIOVECIVS.

Anagramma.

O! Jovis Avis huc, huc ibit ad excelsum Thronum.

Elucidatio.



Uastio Varfavicis proponitur Ardua  
Campis:

VERTICE SUBLIMI QUIS DIA-  
DEMA GERET?

NATIO disparibus meditans contraria  
Votis

Spem præter tales edic amica sonos:

Scindimur incassum studiis: REX LECHICUS esto,

His *AQUILIS AQUILÆ* Qui superaddet  
*AUEM.*

Huc JOVIS ALÈS eat, REGISq; receptet honorem:

Tendat ad excelsos Hæc Avis Una Thronos.

Hæc *CORIBUTORUM* decorant Insignia Gentem:

Ergo novus Lechis REX *CORYBUTUS* eris.

Quanta *Tua* est *VOLUCRIS* populoso Gloria Regno!

Et Regni *VOLUCRIS* Gloria quanta TIBI!

III.  
MICHAEL THOMAS CORIEBVTVS

Dux VISNIOVECIVS-

Anagramma.

JO: JO: DEUS, REX & CIVIS accumulatur Bonum Suis.

Elucidatio.



N Lechicum Fortuna Solum si ferbuit æstu:  
Fulmina si rapidis est jaculata minis:  
Marspiter horrifico si subruit omnia motu:  
Si fuit innumeris Terra subacta malis:  
Nunc bene, nunc gravibus liceat sperare POLONIS:  
Triplice Connexu Sarmata faustus ager.  
Magnanimæ Superum ridet Clementia Genti:  
Dextra CORYBUTI Regia Sceptra capit.  
Quin etiam Cives, & Nobilis Incola Regni  
Lechiades certant accumulare Bonis.  
Vos DEUS: atq; novus Vos REX: Vos CIVIS opimat:  
Sic Cornu triplici Copia fundit opes.  
Est celebris Charitum foecundo Copula fructu:  
Amplior hinc, Nexu sospite, Fructus erit,

IV.  
MICHAEL THOMAS CORIEBVTVS  
DUX WISNIOVECIVS.

Anagramma.

*Hoc summo Duce Jus in Rosa: ac Lex sub Vite vivit.*

Elucidatio.



Mnia gaudebant Saturni tempore  
Regis  
Felici, Coelò sic moderante, statu.  
Fertilis incultis de sentibus Uva pe-  
pendit:

Sudavit dulces quercus opima favos.  
Non sibi nunc reduces afflicta POLONIA menses  
Spondeat; &, prisco quod fuit Orbe, decus?  
Aurea promittit MICHAEL REX secla POLONIS:  
Induet Hic veteri prosperitate Lares.  
*Hoc Duce Jus patula tutum sub Vite valebit:*  
Pæstanas vincet LEX stabilita Rosas.  
Me Spes ampla tenet; Remeat felicior Ætas:  
Nil præter Vites jam loquor, atq; Rosas.

V.

MICHAEL THOMAS CORIBVTVS  
DUX VISNIOVECIUS.

Anagramma.

O! *Arx es Civi: Scutum Subditi: Laus omni Voce.*

Elucidatio.



Aut desunt validæ Lechicis in Finibus *Arces:*

Incluta *Scutigeris* nec caret Ora *Viris.*

Ecquid *Rufforum Camenecò* firmitus exstat?

Quem *Mariæburgi* saxea *Claustra* latent?

Non tamen hæc poterunt *Regnum* *Castella* tueri:

**REX** centum *Muris* fortior *Unus* erit.

Hinc *Tibi*, quæ *Numen* lectò *benefacta* rependat

**REGE** **CORYBUTO**, *Terra* *Polona*, vides.

**ARX** erit *IS CIVI: Scutumq;* *Fidelibus* *Ingens:*

**LAUS** erit, & *Populi* *Gloria* *celsa* *sui.*

VI.  
MICHAEL THOMAS CORIEBVT  
Dux VISNIEOVECIUS,

Anagramma.

Oculò miti REX videbis? Amat Hicce Unus Oves.

Elucidatio.



Inere Pastorum REGIS spectatur Imago:

Et Gens lanigeras subdita pingit Oves.

Dux Ovium veluti torretur amore bidentum,

Provida quas Oculò cura sagace tegit.

Regius incolumem Populum sic protegit ARGUS,

Subiectumq; favens ardet amando gregem.

DUX igitur CORIBUTUS obit dum Munia REGIS;

STIRPSq; JAGELLONIS Postera frena tenet;

Ne dubita; miti Nos est tuiturus Ocellò:

REX AMAT, UT PASTOR; NOS SUMUS EJUS OVES.

